


INDEX EORVM QVAE HOC IN LIBRO HA/ BENTVR.





Feneſtella de Romanoꝝ Magiſtratibꝰ.

Albricus de imaginibus deorum.

Pōponius Lætus de magiſtratibus Ro.

NOVITER IMPRESSVM.

Joannis Benedicti Correntini

FENESTELLA DE ROMANORVM MAGISTRATIBVS INCIPIT.

O Mnium deorum quos uetus Romanorũ religio excoluit. Primo Pani lycæo seu Faunum illũ/ potius siluanũ uocari placet: per Lupercos rem diuinã Lupcalesq; ludos fecisse apud uetustatis assertores constat. Ea quidem sacrorum genera ab Euandro Rege/ qui ex Arcadia profugus in eum locum uenerat/ qui tãdem Romanæ præfuit arci. ad nostros primum delata ac celebrata fuisse feruntur. Hunc Pana nudos pastores/ quorum tunc præcipuum numen fuit: ac deniq; summos etiam uiros uenerari mos fuit: loraque pro manibus ferre quibus obuios quosq; cæderẽt: laruisq; tectas facies portare. Cur aũt nudi hũc deum colerent: pleraq; e curriculo uetustatis ad nos usq; delapsa referuntur. Siue enim qđ ipsi deo qui aliquis fingitur suæ celeritati eo pacto lõge aptior nudos etiã habere ministros placeat siue qui Archades omnium populorum qui græciam coluerũt longe uetustissimi/ feris adhuc similem uitam siluis/ ac mõtibus agentes legis expertes artisq; primo hũc deum uenerati primũ cultum: auitosq; nudos habitus sigantes referre uoluerunt haud satis cõstat. Nõnulli uero Iolem uxorẽ Herculis ab hoc Fauno missam ac per ardorẽ libidinis concupitam asserũt. Forte enim per siluas & amœna nemorũ æstus leuãdi eam

una cum dilectissima coniuge Hercules uagabatur. Videt ergo elegātissima forma mulierē ab alta rupis specula senes deus. Ergo illoꝝ uestigia eminus licet obseruare instituit. Illi antrum per siluas ducēda nocti aptissimū petunt. Interea mulier dum quiescendi tempus aduenit: pellem leonis Herculis ritu de more aptat humeris clauа etiam illius manu assūpta tali habitu prædictaꝫ sonnus ingreditur. Erant aut duo parati coniugibus lecti eo quod postridie libero patri rem diuinam facturi erant seorsuꝫ cubituris. Noctu ergo Siluanus fallendi custodis occasionem nactus clam thalamū ingreditur primoqꝫ cōgressu fortunatus futurus puellæ thoruꝫ tenet manuqꝫ tentās ut noctu fit horriduꝫ tegmen leonis inuenit. Ratus ergo cubare ibi Herculem ad aliud cubile ire pergit. Quod cum sensisset molibus stratū puerilibusqꝫ deliciis aptius stragula ueste sensim amota dum libidine arderis manu palpat Herculem ac uis dum Hirti corporis horroreꝫ hauserat: & experrectus Hercules manu reiectum toto antro fusum iaculat. Quo pro strepitu sonno puella discussa lumina accersit: lumie. ergo Siluano prodito lusus ac semiruptus uix attollens humo humeros in siluas detrusus est. Ea ergo ratione perpetuo execratis uestibus quibus tam turpiter lusus esset: easdem suis a sacris procul abfore cōstituit. Plæriqꝫ illud huiuscæ rei cā assignabant Romulo quod eadem sacra celebrante: medioqꝫ solis ardore corpus de more exercente cum nunciatū fuisset

latrones prædas agere: ita ut erat nudus accurrit cō/
prehēsisq; prædatoribus pecora abacta redemit eius
facinoris quod nudus gesserat perpetuum argumen
tum corporum ea sacra celebrantium nuditatem esse
placuit. Vtcunq; se se res habuerit: in tempora tantū
usq;. C. Iulii huiuscemodi obseruationez peruenisse
constat. Ea enim sacra cū sedens Cæsar Dictator spe/
ctaret/atq; inter eos qui solennia celebrarent curreret
M. Antonius is qui postea triumuir fuit/aiūt laure/
am Coronam cui diadema annexum esset capiti Cæ
saris imponere conatuz fuisse/ qđ cum Cæsar amoto
capite reiecisset/ statuæ ipsius cunctis fremētibus im/
posuisse. De nomine uero lupercalium non etiam sa
tis conuenit. Plærisq; enim inditum hoc nomen qđ
huius inuocatione lupi a stabulis arceserentur uisuz
est: alii templum ipsum in quo hic deus colitur lup/
cal uocant. Quo circa Virgilius. Et gelida inquit
sub rupe Lupercal. Eique loca a Lupa Romuli nutri
ce/quod eo in loco Romulum Remumq; paruulos
educare reperta sit factum nomen lupercalis putant.
Nec desunt qui a Lycæo Arcadiæ monte: ubi præci/
pue ea religio peruiguit eum / quem nos lupum illi
Lycon euocant. Lupercal ipsuz cognominatum esse
arbitrantur: Præcipuam uero huic Deo dicatisque
ei Sacerdotibus ueneratione ea ex parte tributam
ferunt/quodque mulieres ex suis uiris: uel concipe/
re/uel cōcœptos fœtus edere nequirent ad Lupercos

[illegible]

confugiebant:quæ ubi loris ex tergore Hirci sectis cæsæ fuissét euestigio grauidæ aut effœtæ efficiebantur:hæc solemnia.xv.Kalendas Februarias celebrari ut Ouidius fastorum libris refert moris fuit.

¶De potitiis & pinariis Herculis sacerdotibus.

e Adem tempestate Euandro scilicet Palatinũ tenente Herculem Geryone interempto per eadem loca mira specie boũ arméta abegisse commemorant:ac cum prope Tyberim fluuiuꝫ qua præ se se armẽtum ferens traiecisset loco herbido ubi reficeret boues/ipseq; itinere defessus ꝓcubuisset eũdem uino ciboq; grauatum sopor oppressisset. Cacchus pastor loci accola uiribus ferox captus pulchritudine boum prædam aduertere instituit:ac ne si eaꝫ prædam agendo in speluncam compulisset uestigia ipsa eo quærentem Dominum ducerent: aduersos eximium quenq; pulchritudine in speluncham traxit. At uero Hercules ad primam Aurorã somno excitus cum gregem perlustrasset oculis ꝑtemq; abesse numero sentiret pergit ad ꝓximam speluncã si forte eo uestigia ferrent:qua ubi omnia foras uersa uidet/nec in partem aliam ferre:confusus atq; incertus animi ex infesto loco agere porro armẽtum cœpit. Inde cum actæ boues forte ut fit ad desideriũ relictaꝝ mugissent reddita inclusarum ex spelunca boũ uox Herculem conuertit/quem cum uadentem ad speluncaꝫ Cacchus ui prohibere conatus esset/ictus clara fideꝫ pastorum ne quicquam inuocans morte occubuit.

Euander qui tunc temporis ea ex Poloponenso pro/
fugus auctoritate magis q̃ impio regebat loca uene/
rabilis uir miraculo litterarum rei nouæ inter rudes
artium homines uenerabilior diuinitate credita ma/
tris Carmẽtæ quam fatilo quam ante Sibyllæ in Ita/
liam aduentum miratæ gentes fuerant concursu pa/
storum trepidantium circa aduenam manifestæ cæ/
dis rem excitus postquam facinus facinorisque cau/
sam audiuit/habitum formamq; uiri aliquanto am/
pliorem augustioremq; quam humanum intuens/
rogitat qui uir esset:ubi nomen/patremq;/ac patriaȝ
audiuit:Ioue nate Hercules salue inqt. Te mihi ma/
ter uiridica interpres deum aucturum cœlestium nu
merum cecinit:tibiq; aram hic dicatũ iri:quam opu/
lentissima olim in terris gens maximam uocet/tuoq;
ritu colat. Dextra Hercules data accipere se omné im
pleturumq; se fata ara condita ac dicate ait. Ibi dũ pri
mum boue eximia capta de grege sacrũ potitiis ac pi
nariis/quæ cum familiæ maximæ inclytæ ea tenebãt
loca dedit:factum forte ita euenit:ut potitii:ut ait Li/
uius ad tempus præsto esset hisq; extra apponerent.
Pinarii extis adesis ad cœteram uenirent dapem. In/
de institutum mansit donec Pinarium genus fuit ne
extis eo solemnium uescerentur. Potitii ab Euandro
edocti antistites per multas ætates eius sacris præfue
runt:donec tradito seruis publicis solemni familiæ
ministerio Potitiorum ac Pinariorum omne genus
perit. Idem enim Appius Claudius cum esset censor

effecit hisce familliæ infensus: ob idq; ira deorum ut creditur luminibus orbatus est.

¶De Sacerdotio fratrum arualium.

f Ratres Aruales ut fruges ferrent arua ueteres concoluisse Romanos memoriæ traditum est: huius uero religionis Romulum ipsum patrem urbis auctorem extitisse reperio. Naz cū Acca Laurentia nutrix Romuli corpore suo questum in uulgus faceret: eoq; pacto grandem pecuniam constipasset: ex duobusq; liberis quos susceperat unum morte amisisset. Romulum inde mortui locū adoptionis iure substituisset: decedens tandem Populum Romanum instituit hæredem: cuius tādem liberalitatis regiæq; affinitatis memor populus Romanus mulieris nomen in factis retulit liberos fratres aruales asserendo & ab aruis appellauit: ex quo tempore sacerdotium mansit fratrum arualium: hiq; duodecim numero fuisse dicūtur eiq; sacerdotio insigne tribuit albas infulas & spiceam coronam.

¶De Auguribus.

e Odem ferme tpe & disciplina & religio augurandi ex etruscis penes quos ea disciplīa ꝑcipua ac longe peculiaris fuit ad romanos cōmigrauit. Virū.n.quépiā cuiꝰ nomé uetustate obsoleuisse. Naso poeta ait: asyli ut reor alliciente inductione exulem ex Etruria Romam uenisse perhibét: cuius opa Romulum Remumq; usos cum de imponendo urbi nomine una contenderent opione deducor. Quāq̄. M. Cicero i his libris quos inscripsit de

diuinatione etiam ipsum Romulum istam ipsam au
guralem disciplinam percaluisse asserit a Nūma uero
qui Romulo successit perpetuū sacerdotii insigne cō
stitutū est. De ritu uero in augurandi si unū in casuz
pleraq; eduxero: eadē ad omnes cœteros facile referri
poterunt. Ea quidem quantū ex ueterum monumen
tis collegi huiuscemodi fuit obseruatio. Augur in ar
cem siue in editum quendaz locum ad inaugurandū
debebat sedere sup lapidem meredien uersus/atq; ad
leuam sedēs baculum in manu recuruū quod lituuz
uocant tenet: inde ubi prospectu in urbem agrumq;
capto deos precatus regiones ab oriente ad occasum
determinat: dextras ad meridiez: leuas ad septentrio/
nem partes esse dicit/signum quod contra oculi con/
spectum longissime ferunt animo definit. tum lituo
in leuam translato dextra in caput eius qui inaugura
tur posita: ita pcatur/Iuppiter pater si fas hūc Nūma
Pompilium/cuius ego caput teneo Regez Romæ eē
uti nobis signa certa/ac clara sint intra eos fines quos
feci: tum peragit uerbis auspicia quæ mitti uelit qui/
bus missis Numa de templo ita eniz designatas lituo
æthereas regiones uocāti declaratus Rex descendit.
Quamquidē declarandi seu in augurandi Regis for
mulaz ad cœtera: quoq; ut dixi trahi facile licet. Huic
disciplinæ peritia Actitio naui auguris per multū fi/
dei auctoritatisq; accessit. Nam cum Priscus Tarqui
nus aliqua præter maiorū instituta in augurato mu/
tare pleraq; etiam de nouo condere pergeret negare

Actius nauius inclitus ea tempestate augur inauspi cato ea fieri oportere. Quare ira regi mota ludens ar/ tem ut ferunt agẽdum inquit diuine inauguria/fieri ne possit/quod ego nunc mente concipio. Cũ ille in augurio rem expertus fieri posse dixisset. Atqui hoc animo agitaui inquit nouacula cotem discissurum. Cape ergo hoc & perage qđ aues tuæ fieri posse por tendunt: tum illum incunctanter discidisse cotem fe rũt: statuamq; Actii nauii capite uelato/quo in loco res acta est in comitio in ipsis gradibus ad leuam po sitam fuisse. coteq; eadem cũ illa ipsa nouacula in ma nibus posita/ut eius rei etiam apud ueteres monumẽ tum existeret. Auguriis ergo sacerdotioq; augurum ut ait Liuius/etiamq; in libris de diuinatione Cicero tantum auctoritatis & uenerationis accessit/ut nihil domi: forisq; postea nisi auspicato gereretur: Et ad sapientiæ nobilitatisq; primarios quosq; id sacerdo/ tium deferunt: & cum Tyberius Gracchus pater Ty berii: &. C. Gracchoꝝ comitia consularia habuisset: dicerentq; etrusci augures rem in augurio experti ui tio consules creatos fuisse. Gracchusq; ut ineptos in/ sanosq; etruscos incesseret abiens in prouinciam Se/ natuiq; rescripsit ueridicos: non aũt insanos etruscos esse/qui consules præsentes uitio a se creatos dicerẽt: nam cum se collegissent: meminissetq; se locum taber naculo extra pomerium præter maioꝝ cõsuetudinẽ delegisse/quamobrẽ abdicare se senatui cõpulsi sunt. Vt aũt ueneratio huic ordini auctoritasq; . ita & nũs

Ipse adeo creuit: ut collegiũ augurũ coleretur: nã cũ ab initio tres tm̃ creari cepissent: ex qbus. s. tribubus Rãnensiũ / Ticiensiũ & Lucerũ / & obtinuisset cũ mutaret numerus ĩpari tm̃ nũo creati: utcũq; tñ id fieret q̃ttuor numero præter maiorũ consuetudinem creari cepti sunt / tandem cum plebs quorũlibet honorum partem suam Senatu & in foro nacta esset: per tribunos egit / ut ad sacerdotia quoq; uelut ad cœtera cursus aperirent / idq; post multa certamina / uariasq; seditiones obtinuit / ut ad quattuor. s. patritias quinq; ex plebe adiicerentur / factumq; hoc fuit Marco Valerio & Quinto Apuleio consulibus.

¶ De Flamine Diali.

Flaminẽ Dialẽ primus Numa Põpi. Romæ rex creauit / cũ antea reges / põtificũq; / regũq; pmiscue munera obirẽt ut de Priamo & Aenea apud Vir. cernimus: rex ẽt Annius / ut idẽ Poeta ait / rex idẽ hoĩum Phœbiq; sacerdos fuit / idq; ẽt a minoribus tm̃ ut a. C. Cæsare diuo Augusto multisq; deinceps principibus / quos põtificatus maximi titulis insignitos uidemus / obseruatũ est. Ceterũ Numa plures in urbe Romulo q̃ sibi similes reges fore rat9 q relicta religiõis cura bellorũ poti9 negotiis detinerent. Sacerdotes quos q̃ttuor appellauit flamines q rei diuinæ iugiter adiecti eẽnt multis deorũ alligauit Flaminẽ unũ Ioui / quẽ dialẽ uocãt. Marti duos. Quirino unũ / dictus aũt flamẽ dialis ẽ: ut Varro ait q in latio capite uelato erat / & caput filo lãæ p̃cictũ hẽbat

a quo flamen appellabatur. Dialis aũt a Dione quod est iuuans deus. Cœteri flamines eius cui præsident numini decorantur titulis hunc dialem præsertim in signi ueste curuliq; sella adornauit hic solus ut Varro ait albũ habet galerum: uel eo quod maximus est uel quod Ioui imolatio alba hostia fieri oporteat: pleraq; etiam huic pontificio iure iure tributa sunt. Au. Gellius in cõmentariis noctium atticaꝝ scriptum reliquit. Equo enim uehi flaminem est religio. Item iurare Dialem fas nunq̃ est: ignẽ & flãmam nisi ubi sacrum est efferri ius nõ est. Vinctum si ædes eius introierit solui necessariũ est: & uincula per impluuiuz in tegulas subduci atq; inde foras mitti debent: nodum inapice neq; incinctu/neq; in alia parte ullũ habet. Siquis ad uerberandum ducatur si ad pedes eius supplex decubuerit eo die uerberari piaculuz est. Capillum dialis nisi qui liber homo est/non detonset/ Capram & carnem incoctam/& Hederam & Fabam/ neq; tangere diali mos est/neq; nominare. Propagines e uitibus altius prætentis nõ succidet/pedes lecti in quo cubat luto tenui circũlitos eẽ oportet & in eo lecto cubare aliquem fas nõ est. Vngues Dialis & capillorum præsagmina subter arborẽ Ilicem terra operiuntur/neq; ad eius lecti fulcrũ capsam esse cũ strue/ atq; ferro fas est. Dialis quottidie festalis ẽ sine apice. Sub diuo aũt esse licitum non est sub tecto utiliter ẽt a Pontificibus constitutũ: farinam fermento imbutã attingere fas non est: neq; tunicam intimam nisi in lo

cis tectis exuisse/sub cœlo tanq̄ sub oculis iouis nu/
dus ne sit/in conuiuio eius haud quisquam nisi rex
sacrificulus accubabit/mr̄imoniū flaminis nisi mor/
te dirimi non est fas:locum ubi bustum sit nunq̄ in/
greditur. Hos flamines cum ab initio consecrant ca/
ptos duci a patribus uelut ab hostibus mos fuit.
Totidem uero flaminibus quot deos colerent usos
ueteres. M. Varro in his libris/quos inscripsit de ori
gine linguæ latinæ testis est/ut Dialez Martialē qui/
rinalem. Vulcanalem furnialem & falacrum & præte
rea q̄plures. Quin ut nostrum inter sacerdotum gra
dus nō nihil interest:ut Episcopum Archiepiscopū/
Cardinalem/patriarcham & metropolitanū:ita apud
illos flaminū Protoflaminū & Archiflaminum diffe
rentiam fuisse idonei testes sunt.

ℭDe Vestalibus Virginibus.

u Estalis originem cultus quēadmodum ple/
raq; omnia Numma Pompilius intulit & si
eius initia usq; adeo uetera sunt:ut ex Tro/
ianis ad Albanos Aenea duce longe cōmigrauerint/
cuius rei meminit Virgilius his uersibus.

Sic ait & manibus uittas/uestamq; potentem.
Aeternumq; aditis effert penetralibus ignem.

Deæ huic uestæ quam terrā esse eandemq; deorū ma
trem uolebant/perpetuo uigil ignis consecrari sole/
bat/eius obseruatiōi/ac cultui pleræq; uirgines e pri/
moribus patrum electe præfici. Quarum negligen/
tia si forte sāctus ignis extinctus esset flagris a ponti

fice maximo cædi iubebantur ut a.P.Licinio Crasso Põtifice maximo in eã quæ negligentius ignẽ custo/ dierat Valerius scriptũ reliquit incensa uero crimine damnatam uiuã suffodi institutũ est/Virginem Ve/ stalem ut Labeo antistius scripsit minorẽ q̃ sex annis maiorem q̃ annis decẽ natam negauerũt capi fas esse: Itemq; non patrima sit & matrima. Itemq; & quæ lin gua debili sensuq; auriũ diminuta eẽt:alia nec corpo ris labe insignita sit. Itẽ cuius parentes alter amboue seruitute seruiuerint aut in negociis sordidis uersan/ tur:eamue cuius soror ad id sacerdotium lecta sit:ex cusationem mereri aiunt. Item cuius pater Flamẽ uel augur:aut qui decemuir sacris faciundis/aut qui se/ ptemuir epulonũ/aut alius est/sponsæ quoq; ponti/ ficis & regis sacrorum filiæ uacatio a sacerdotio isto tri/ bui solet. neq; eius legendam qui filiam domicilium in Italiã nõ haberet cõstitutũ est:ut Capito Atheus scriptũ reliquit:& excusandam eius qui liberos tres haberet:item edicto prætoris uirginem Vestalẽ/Dia lemue non cogi sæpe rescriptum est. uerba prætoris hæc sunt uirginem Vestalem/& flamineam/dialẽ ait præco in omni mea iurisdictione iurare non cogam de eligenda aũt Virgine uestali hæc obseruata sunt: lege papia cautũ ẽ ut arbitratu põtificis maximi. xx. e populo uirgines legerẽtur/sortitioq; ex hoc nume ro fieret in cõcione:cœterũ inquit ea lex uetustate ut pleræq; aliæ exoleuit:satisq; ei lectioni fieri cœptum est:siquis honesto loco natus pontificem maximũ

adeat: offeratq; ei ad sacerdotiũ filiam: cuius dũtaxat saluis obseruationibus religionis ratio haberi possit gratiam enim papiæ legis per sanctũ fieri aiunt. Hãc Virginẽ a Pontifice maximo uelut ab hostibus capi moris fuit: uerba autem quibus tũc pontifex utitur hæc sunt: sacerdotem Vestalẽ sacra facereq; iussi. pro populo Ro. Quiritibusq; uti optima lege fuit: ita te amata capio amatæ enim nomine appellari oẽs cõsue uerunt: q ea quæ prima capta est a Numa rege fuisse hoc nomine perhibeatur: simul atq; igitur capta: atq; in ea arce uestæ deducta est. illico sine emancipatiõe / ac capitis diminutione exit patriam potestatẽ & ius testamenti faciundi adipiscitur. In cõmentariis autẽ Labeonis quos supra duodecim tabulas composuit: ita scriptum repertum. Virgo Vestalis neq; heres est cuiquã intestato: neq; intestatæ quisquam: sed bona eius tum redigi in publicum aiunt.

¶ De Saliis Marti dicatis.

INter cœtera sacrorũ instituta genera e Numa Rege a posteris etiã in honorem habita / id quidẽ in minoribus fuit / quod Marti scicet gradiuo uouit: duodecim enim ad hæc uiros legit: quos a solemni saltu. quo in sacris utebantur Salios appellauit. his alios duodecim Tullius Hostilius mox adiecit cum Romanis in aciem contra Fidenates eductis Albani a Romanis per speciem proditionis duce Metio defecere. Datum autem his supra tunicã insigne æneum pectori tegmen cœlestiaq;

armaq; uocantur ancilia portare: ac per urbem canen tes carmina cum tripudiis solemniq; saltu incedere: institutumq; ut in fine omnium carminum suorum/ Mamurium appellarent. Hunc Mamurium inclituz ea tépestate fabrum fuisse & cum ancyle cœlo lapsum est Numa Pompilio/ Quiritibusq; ré diuinam a gen tibus/ huic Mamurio negotium datū cōplura huius similia ancylia effingendi tradūt/ quod quidez opus cum ille exquisitissima arte absoluisset/ optioné utrū a se uellet postulari artifici Numā obtulisse quod ex eo peteretur nam exhibiturū uero: artificem nō pecu niam sed gloriam pro mercede petiisse quod eius no men a saliis in finem quorūlibet carminū recitaretur. Idq; per multa tempora in sacris & comitiis: ut ait Li uius obseruatum est. Eo auté huius ordinis sacerdo tum numerū creuisse: ut ad collegiū & collegii sacer dotum magistratū redactum fuerit.

¶De collegio Pontificū & pontifice maximo.

P Ontifices ut pleraq; alia Sacerdotia ab ipso Numa ortos apud Liuium satis constat e s dem diu præterquā a patribus creari non li cuit. Fuerunt autez ab initio hi numerum quattuor. Postquam uero Maximoꝝ quorumcunq; hominuz parté plebs tribunitiis rogationibus obtinuit: ad sa cerdotia quoq; sacrosāctasq; potestates patere sibi adi tum uoluit. Quattuor ergo alios creari ex plebe Pon tifices placuit. M. Valerio/ &. Q. Apuleio cōsulibus omnibus unu s prefectus fuerat a Numa Pompilio/

Isq; pontifex Maximus appellabatur/hic habet ex se sacra oīa scripta/exsignataq;/quibus hostibus/qbus diebus atq; templa sacra fieri deberent:eiusmodiq; diuinis in rebus unde erogādæ pecuniæ sumptus fieri debeat curæ pontifici est:cœteraq; oīa sacra publica/priuataq; sacris pōtificis subiecta sunt: cum uero de religione de sacris discensio est/populus illum cōsulere pergit:perutile illud fore ratus est. Pompilius eius sacerdotii auctor ne ius diuinū negligendo patrios ritus/peregrinosq; asciscēdo turbaretur:nec cœlestes modo cerimonias deducere:sed iusta quoq; funebria placandoq; manes quoq; eiusdem Pontificis apud eū quoq; tabula eē dicit̃/in qua Solis & Lunæ defectus quotiēs lumini caligo fit:& anni/mensiūq; fastorum ratio perspicitur. Pontifices ut Varro ait. Q.M.Sceuola a posse & facere appellatos eē dicere solebat. Sed ea denominatio a.M. Varrone/haud satis probare uidetur. Nam & a ponte & facio pontifices appellatos putat:eo q̃ ab his primum pons sublitius factus:ac sæpe restitutus esse perhibeatur.

¶De Feciali Sacerdote.

f Ecialis sacerdotii nusq̃ apud Romanos uetustiorē usū fuisse q̃ Tullo Hostilio Romæ regnante repperi/quem tamen ut ab Hostilio creatum non affirmauerim:ita ne quidem negauerim a Numa Pompilio omniū religiosissimo:rege creari potuisse utcunq;/id tandem fuerit de nomine priusquā de.M. Valerio feciali regnante Tullo Ho

stilio apud Liuium mẽtio est:feciales uero partes in eo uersebantur ut fidei publicæ inter populos p̄esset neq; iustum aliud bellum fore censebatur:nisi id per fecialem fuisset indictum/cum uero pugnare desitu; est fœdere fides pacis cõstituebatur/quæ fœdera ali/unde fidera appellata ab Ennio/ꝙ fidei faciundæ cã traducta sunt.M.Varro testis est/fecialemq; ipsum a fide & faciendo dcm̃ esse idem existimat:forma uero feriendi per fecialẽ fœderis huiusmodi est qua nullo ut Liuio placet uetustior eẽ memoratur.Fecialis inqt regem Tullum ita rogauit.Iubes ne me rex cũ patre patrato populi albani fœdus ferire.Iubente rege sag mina inquit te rex posco:rex ait:puram tollito:fecia lis ex arce graminis herbam puram attulit:postea re/gem ita rogat.rex facis ne tu me regiũ nuncium Po. Ro.Quiritũ.Rex respondet ꝙ sine fraude mea Qui ritumue fiat facio. Fit ergo tunc fœdus : multisq; id uerbis p̄agit.Legibus inde recitatis:audi inquit Iup piter:audi pater patrate Po.Albani. audi popule Al bane/audi ut illa palam prima postrema ue ex illis tabulis.cæraue recitata sunt sine dolo malo utiq; ea hodie rectissime intellecta sunt illis legibus Po.Ro. prior non defecerit/si prior defecerit publico cõsilio dolo malo tu illo die Iuppiter ita Po. Ro. ferito : ut ego hunc porcum hodie feriam:tãtoq; magis ferito: quanto magis potes pollesq;.Vbi id dixit porcu; sa xo silice percussit:eodem modo pars altera per suum sacerdotem/suumq; Dictatorem peragit.Cum aute;

bellum per feciales indicunt hoc more utuntur: fecialis hastam frenatam præustam aut sanguineam ad fines eorum/quibus bellum indicit defert: nec minus puberibus tribus præsentibus adiicit. qꝫ populi priscorū latinorū homines ut Prisci latini aduersus populum Romanum Quiritum fecerunt: deliquerūtqꝫ Po. Ro. belluꝫ cū latinis priscis fieret: ob eā rem ego Po. Ro. populis priscorū latinorum hominibusqꝫ latinis bellum indico: facioqꝫ ubi dixit hastam in fines eorum emittit: ex quo bellum iustum eē intelligitur.

¶ De sacerdotio patris patrati.

Patris patrati sacerdotiū & si apud Liuium a feciali haud differre uidetur: aliquanto etiā longe abfuisse apparet tamē quod & nomē istius illiusqꝫ atqꝫ officium nō nihil interesse uideat̃ utiqꝫ & de utroqꝫ seorsum dicere uisum est utcūqꝫ eēt: his descriptis nō certe officit īmoueri: sed partes plures dūtaxat adscripserim. Pr̃is patrati usus eodem tēpore/quo fecialis apud Ro. prodit: nā & inde feriendis a feciali fœderibꝰ pr̃is patrati opa auctoritasqꝫ exigebat̃. Ad patrandū eni. i. sanciēdū iuramētū ubi de fœderibus cōuenerāt admitti cōsuere. Creauit autem Marcus Valerius primus fecialis SP. Fusiū: primuꝫ prēꝫ patratū eo bello qđ Tullus Hostilius cū priscis latinis gessit uerbena caput capillosqꝫ cingēs/al's p̄terea p̄tes. s. repetēdi pr̃i patrato dedit. Arcus Martius eū morē ab ātiq̄ssima eqculoꝝ gēte repetēs eiꝰ rei formula antiq̄ssima ē huiuscemodi legatus idēqꝫ pr̃ pa/

tratus:ubi ad fines eorum uenit:unde res repetũt ca/
pite uelato/filo auté lanæ uelamen est:audi Iuppiter
inquit/audite fines cuiuscũq; sint gentis numina au
diat fas. Ego sum publicus nuncius Ro. pie/iusteq;
legatus uenio:uerbis meis fides sit:pagit deinde po/
stulata:inde Iouem testem facit:si ego iniuste/impie
illos homines ullas res dari Po.Ro.mihiq; exposco
tum patriæ compotem nunquã sinas eé/hæc confi/
nes/hæc qcũq; ei primus uir obuius fuerit hæc por/
tam ingrediens/hæc forma egressus. Si non dabun/
tur quæ exposcit diebus tribus & triginta/tot enim
solemnes sunt peractis bellum ita inducit audi Iup/
piter. & tu Iuno ac Quirine/Diiq; omnes Cœlestes/
uos terrestes:uosq; inferni audite. Ego uos testor po
pulum illum quicunq; est nominat iniustum eé neq;
ius psoluere. Sed de istis rebus in pr̃ia maiores natu
cõsulemus:quo pacto ius nostrum adipiscamur cũ
his nunciis ad consulendum Romam uenit cõfestiꝫ
Rex/Dictator/Consul/siue quiuis alius Senatũ ha/
buerit ex his ferme pares consulit uerbis. Quaꝝ reꝝ
litium causaꝝ cõduxit pater patratus Po.Ro.Quiri/
tum patri patrato priscoꝝ latinoruꝫ hominibus uel
priscis latinis quas res nec dederunt nec fecerunt nec
soluerunt quas res fieri dari solui oportuit. Dic inqt
& quem primuꝫ sententiam rogat. Quid censes. Tũ
ille puro pioq; duello quærendas censeo. itaq; cõsen
tio consisto. Inde alii ordine rogabantur:quandoq;
pars maior eorum qui aderant in eandem sententiaꝫ

ibant. Bellum erat concessum fieri solituz ut Feciales in iactu hastæ ut dictum est bellum indicerent.

De sacrorum Rege.

Ex sacrorũ quidem sacrificulus dicit/creari r cœptus est Iuno Bruto &. M. Valerio pri/ mis consulibus eius creandi occasionez de/ dit. Quod cum nuper exactis regibus pleraq; sacra a solis regibus obiri consueta regum exactione uacare uiderentur idq; moleste admoduz populus ferret ut pote q cultui diuino regum exactione uideretur de rogatum Sacerdoté creari placuit quem quominus eidez auctoritatis inesset regio nomine decorauit: sa/ crorum regé appellantes/subiecerunt tamen Põtifici maximo ne similius dictioni fuisset suppositus. Iam exacti reges reducti reges eé uiderentur uel crederen tur quæ uno huic partes iniunctæ essent tũc tempo/ ris minime reperiuntur.

De simulacri traiectione matris deorum.

Allos quidem Berecynthiam siue illã deorum g matrem dicere mauis dedicauit antiquitas: eãq; religioné ut plerasq; alias e Phrygia Ro mam reduxit: & eo quidé tpe quo huiuscemodi car/ men ex libris Sybillinis relatum est. Mater abest: ma trem iubeo Romanæ requiras. Cum ueniet casta ac/ cipienda manu: hoc respõsum cum diu torqueret pa tres/quæ enim mater esset: aut unde petenda: non sa tis reperire poterant physici. Apollinis oraculum cõ sultum misere. Missi huiuscemodi respõsa attulerũt.

Diuuz Apollo inquit arcesite matrẽ/quam ideo qui/dem iugo reperietis. Missi ergo in asiam legati. datũ negocium ut per quisitum ac tandem cõpertuz Deæ simulacrum Romã reducerent. Sed cum Atalus rex Asiæ cõperti a legatis simulacri traiectionez negaret Romanis frustra iã abire parantibus uocem eisdez & creditã eẽ deæ ferũt. Ipa inqt peti uolui Romã ne qđ deo omniũ dignũ domiciliũ est deduci/quo mira/culo exteritus Atalus Romanis illico simulacri trãslationem cõcessit mari ergo trãsiecta Romã ut tradi/tum est. cũ Tyberi nauis simulacro onusta uectant omni genere hoium ex urbe prodeũte cum carmini/bus/sacrisq; in sicco littore adhesisse ferunt/& cũ oĩs multitudo funibus iniectis summo conatu admitte/ret: nulla tñ ui auellere herentẽ ualuit. erat aũt in turba Romanorũ Claudia quinta Vestalis uirgo pstantissimæ formæ: cuius exquisito habitu multisq; pleno illecebris uiolatæ eius uirginitatis publica suspicio circũferebat: pcubit ergo puella ad pedes simu/lacri orans/obtestansq; deam sic inquit: læsæ uirginitatis me ream criminantur: tuũ dea testimoniũ uti rẽ indices quæso ut si tuo dãnata testimonio dea fueriz admissa morte luã. sin hac labe puram argueris: cum tu castissima castas manus prosequere obsecro. Vbi hæc dixit reste q̃ ligata erat nauis manu arrepta/ma/nu puellæ admodũ parũ conãtis facile tractum pro/secuta est: hoc pacto in urbẽ Scipio Nasica solus di/gnus cuius manibus tangeretur/reciperetur q; simu/

facrum iudicatus est:tantum ergo Scipioni negociũ ut templũ deæ magnificæ struerent & eius cultui sa/cerdotes dedicaret quos more deæ uetusto spadones oportebat nõ alio pacto ad id sacerdotium legãdos: cuius quidẽ instituti hoc in causa fuisse cõmemorãt dilexisse Cibelem puerũ quẽdam phrygiũ:dilectoq; hanc cõditionẽ adiecisse:ne castitate polluta adnitere tur puerũ tñ nymphã Sãgaridẽ deperisse:& cũ apud eam sub arbore ei nymphæ dicata una quiescerẽt no/cte dormientes deã arborem cũ ipsa nympha trucida uisse adolescentẽ metu examinatũ in uicinum montẽ cui nomen didyma est cõfugisse/doloreq; amentem pudoreq; admissi facinoris membrum quo delique/rat abscidisse/hac rõe facti dea memor per eiusmodi hoies ppetuo sibi ministrari uoluit. Gallorũ uero no men a flumine phrygiæ uetusto:quod templo hui9 deæ uicinũ est tractũ ferunt cuius ut ferunt fluuialis unde ea uis est:ut ptãtes insanire compellantur.

¶De duumuiris sacrorum.

d Vumuiri sacrorum/quanto munumẽta ue/terum legendo consequi ualuit/sacris libris legendis carminibusq; Sybillæ fatisq; popu li interpretandis præerant:ut Apollinis sacrarumq; cerimoniarum Antistes erant/& quotiens prodigia magnos aliquos rerum euentus emersisset lectister/niis ad puluinaria deorum factis: ut illorum minas auerterent:suppliciisq; sacris placabant/eorum etiam

ritu prospere gestis rebus dicebantur: huius sacerdo tii nullam ante mentionem repperi q̄ tempore ædes castori per filium Posthumi secundum Dictatoris q tunc duumuir dedicatus est. Latino eniꝫ bello pater ipse Dictator uenerat. Cœterum cuꝫ multo tempore duo ad hoc ipm̄ sacerdotium uiri creati eēnt: ac plebs de suo quoqꝫ corpore creare consules ꝑgeret: neqꝫ ad id ipsum satis uirium esset: obtinuit tandem ut qui duumuiri in eam diem creati fuissent decemuiri crea rentur: quinqꝫ ex patribus: totidem ex plebe electis. Quare ex duumuiris deceꝫ uiri appellari cepti sunt.

De septemuiris epulonum.

S Eptemuiratum epulonum q̄q̄ ut coniectari potest genus esse sacerdotii præsumitur ꝓ pterea cum de uacatione Vestalis sacerdotii agit᷑ filiæ auguris decemuiri sacrorum flāmis septē uiri epulonum sacrorū ab hoc sacerdotio excusatio nem mererentur inter sacerdotia hoc ipsum subiun gitur utcunqꝫ id fuerit qm̄ nihil quicquam de hac re mediocris etiam fides auctoritatisqꝫ repperi: qđ huic ordini officiū cōmissum esset ausus asserere non fui. Plinius tamen cum esset orationem habiturus: cum quasi ꝓpter futuros astātes timeret dixit. stabat me dio consularis modo septem uir epulonum. Sūt ad huc Romæ in Pyramide quadrato incisa hæc uerba opus absolutum diebus. cxxx. e testamento. C. Cor nelii TR. Pl. epulonum.

¶ De magistratibus religioni non spectantibus

Sed quoniam nunc de reliquis magistratibus quae ad religioné nõ pertinent tractare intendimus: alii quidem hominum magistratuũ maiores/alii uero minores sunt/qui maiores) qui ue minores essent: paucis animaduertendũ est. Nã An. Gellius pleraq; haec in re ex. M. Massalae auguris libris dicta reliqt cuius uerba haec sunt. Patritiorum auspicia in duas potestates diuisa sunt maximas/praetorum/consulum/censorum/neq; tamen eorũ hominum inter se eadem aut eiusdem potestatis sunt: ideoq; non sunt Censores consulum aut praetorum: praetores. collegae cõsulũ sunt: ideoq; neq; praetores ac consules censoribus/neq; consulibus censores aut ptoribus turbant/aut retinent auspicia: at censores inter se rursus praetores/cõsulesq; inter se uitãt: eo obtinent auspicia/praetor & si collega consulis est neq; praetorem/neq; iure rogari potest: ut quidé nos a superioribus accepimus ut añ haec tempora obseruatum est. & in cõmentario. xiiii. C. Tuditani patet: quia imperium minus praetor maius habet cõsul & a minore imperio minor a maiore aut maior collega iure rogare non possunt: nos his temporibus praetores praetore creante ueterũ auctoritaté sumus secuti ne quo his auspiciis in comitio fuimus Césores aeque non eodé rogantur auxilio/auspicioq; atq; consules & praetores: reliquorũ uero magistratuuz sunt auspicia. i. illi maiores/hi minores magistrat9 appellant~:

maiores centuriatus inquit comitiis minores curiatis ac tributim fuerint ex omnibus his Messale uerbis inquit manifestum qui sint minores magistratus: & quamobrem minores appellantur. Sed & collegam esse & Prætorem Consuli docem quod eodem auspicio creantur maiora autem auspicia dicuntur habere: quia eorum auspicia magis rara sunt quam aliorum. Consul ab omnibus magistratibus & concionem & comitia usque quaque auocare potest: nisi a consule minores magistratus nusquam neque comitiatum/neque concionem auocari possunt ea de re/qui eorum primus uocat ad comitiatum: is recte agit. Quoniam bifariam cum populo agi non potest: nec auocare alius alii potest/si concionem habere uelit uti ne cum populo agantur/quamuis multi magistratus simul concionem habere possint ex his uerbis Messale manifestum est aliud esse cum populo agere/aliud concionem habere/nam cum populo agere/est rogare ad populum/& quod suffragiis suis iubeat aut uetet/concionem autem habere est uerba facere ad populum sine ulla rogatione.

De Senatorum origine.

Senatorum originem a Romulo institutam esse nemo ambiget: quippe quod urbis parens/& conditor cum iam nouam ciuitatem uiribus & robore iuuenum affatim a se munitam cerneret/aut minoris momenti fore ratus/si eandem consilii ope fulsisset: ex primoribus patrum/qui tunc aderant ciuibus centum numero elegit/quos ob hono/

rem patres/ob ætatem Senatores appellauit:ut apud Lacedæmonios senes appellari eos:qui summű quédam magistratum gerűt. Cicero ait qui uero ex his primoribus centum patribus geniti sunt patritii nűcupati sunt: hunc ordinem mox Tullus Hostilius expleuit alba a se dirupta:Albanisq; in urbem reductis:tű Tullus Seruilius Quintios/Geganos/Clodiosim Senatores accepit:exactis autē Regibus Brutus consul exhaustum bonis uiris Senatum intuens primores equestris ordinis ascribi in Senatores operā dedit:illosq; conscriptos patres appellauit:ex quo tempore patrum cōscriptorum appellatio locum habere instituit penes hos quidez Senatores adeo semper totius Reipu. summa innixa est:ut ne Reges q̃d Consules/aut Dictatores/aut alius quispiam magistratus inconsulto Senatu quippiaz moliretur:adeo ut cum Tarquinus Superbus pleraq; præter Senatus auctoritatem decerneret:tum demum amisso Regio nomine tyrannus appellaretur. Senatores uero triplicis ordinis fuisse reperi. Alii enim Patritii:Alii Pedarii:nonnulli uero conscripti appellabantur. Patricii sunt hi maxime qui Centum illis patribus a Romulo lectis geniti sunt. Conscripti uero Senatores hi qui Regum Consulum/Censorum ue decreto in Senatum lecti sunt pedarios autem Senatores uariis etiā rationibus appellatos inuenio. Alii enim quod hi non haberent sententiæ ditionem in senatu sed in alioꝝ sententias pedibus irēt dictos pedarios

putant/alii ꝙ essent plerią qui magistratus Curules
adepti sella curuli in senatum ueherētur/qui uno pe/
dibus iter facerent/pedarii nominabantur. M. autem
Varro equites quosdā eē ait quibus amplioribꝰ ma/
gistratibus functis nōdum tamen a Senatoribus le/
ctis non esset ius dicendæ in Senatu sententiæ: cū tñ
in Senatu uenire liceret. Sed quas sentētias princeps
dixerat: in eas descendebant. De ordine uero ac rõne
cōsulendi Senatus: quæ hucusą reperi: ea potissimū
adducam. Aliquando enim primo rogari mors fuit
qui princeps in Senatu a censoribus positus fuerat:
nonnunq̄ uero ut essent hi prius rogarentur: qui cō
sules designati essent institutū est. Cicero autez in eo
libro/quē inscripsit Catonem maiorem de senectute
tantum aliquando senectuti honoris tributū scribit/
ꝙ ut quisą natu grādior esset: ita prior in senatu sen
tentiam rogaretur: usu tandem introductum esse di/
citur: ut quem consul ipse rogasset: is prior ex senten
tia uerba faceret: alium tamen q̄ consularem uiruz ro
gari fas fuisse negāt: ex qua sane consuetudine. C. Iu
lius Cæsar in eo Consulatu quem gessit. M. Bibulo
tris dūtaxat uiros extra ordinem rogasse dicitur. M.
Crassum/Gn. Pompeium/&. M. Catonem post. M.
Crassum. Gn. Pompeium/ut filiam sibi in matrimo
nio collocauit rogare primū cepit. Cuz uero. M. Ca
tonem rogaret/atą idem cum consulebatur de re. P.
nimis forte diceret longioreą proinde oratione ute/
retur: qua omne fere tempus quod est habēdum Se/

natui tereret. Cæsar uiatorem uocauit. M.q; Catonē quoniam finem non faceret prehendi loquentem/& in carcerem trahi iussit. Catonem cū imperio pareret Senatus cōsurrexit/& ad carcerem psequebatur. Cuius rei quasi inuidia motus Cæsar destitit atq; emitti iussit: de more aūt habēdi senatus. M. Varro rogatu Pompeii librum edidit: cum ille primuz consul cum M. Crasso fuisset designatus: creditur quia foris militiæq; ad eam ætatem occupatus uellet ciuilis cōsuetudinis cuius expers erat fieri peritior. Sed eū libruz in ipsa Varronis ætate periisse: idem ipse in Epistola ad Opiani cū scripsit/qua in epistola multa scribere Varronem id genus. Au. Gellius in cōmentariis noctium atticarum refert/primū ibi scriptum fuisse per quas personas haberi Senatum liceret: nominat Dictatorem Cōsulem Prætorem Tr. Pl. inter regē præfectum Vrbi: neq; ullis aliis ius fuisse Senatum frequētem iubere asserit: addit deinde ex ordinario iure tribunos militares/qui pro consulibus essent. Item decemuiros Reip. constituendæ causa creatos consulendi Senatus habuisse de præfecto urbi Latinorum utrum Senatum habere liceret non satis conuenire ait qui licere negauit quod nc ille quidem sit perinde ius dicendi in senatu sententiæ non habeat in rationem adducunt/eaq; ætate quæ nondum Senatoria sit creari. M. aūt Varro/& Atheus Capito ius esse præfecto huius Senatus habendi aiunt/quādo quidem & Tr. Pl. q̄q̄ non essent Senatores ante Ac/

tinſum plebiſcitum ius ſenatus habendi eſſet:ſcripſe rat etiã de interceſſoribus illis ualet ius intercedendi fuiſſe/qui uel ea poteſtate/uel maiori fuiſſent is q Se natuſcõſultum aut plebiſcitum uel aliud decretũ ro/ garent de loco habẽdi ſenatus:aut ſenatuſcõſulti ro/ gandi niſi in locis Augures conſtitutis:quæ templa appellabant haberi rogari ue poſſe negabãt:unde & curiam Hoſtiliam/Pompeiam/& Iuliam cum ꝓpha na eſſent templa per augures ſunt conſtituta:de tem pore uero habendi ſenatus ita ut dixerit ante exortũ inquit Solem aut poſt eius occaſum. Senatuſconſul tum irritum eſſe opus & Cenſorem fuiſſe:per quos & quo tempore factum ſeu conſulendum : De ætate autem Senatoria etiam adoleſcentibus ſenatorũ ſena tum ingredi licuiſſe : ueterum monumenta legenti/ bus apparet : Quominus uero tandem in Senatum illi ætati uenire liceret. Papirii prætextatum factuz in cauſa fuit. ut Valerius Maximus ſcriptum reliquit. Tunc igitur conſtitutum ne cui paucioribus. xx. & quinq; annis nato Senatum ingredi liceret:ut apud Plutarchũ in uita Magni Pompeii. Item apud ius ci uile Romanoꝶ:quo nos etiam hoc tempore utimur facile cõſpicari licet. Qui uero ſenatus habiturus eẽt auſpicari primo:atq; imolare hoſtiã debere. Itẽ Var/ ro cenſebat docuit & de diuinis rebus priuſq̃ de hu/ manis ad ſenatum eſſe referendum. Item ſenatuſcon ſultum duobus modis fieri aut per diſceſſionẽ:ſi cõ/ ſentiretur:aut ſi res dubia eſſet per ſingulorum ſentẽ

tiam. De pignore quoq3 capiendo multa irroganda senatori: qui pro tempore in senatũ uenire debuit nõ interfuerit. Quantum uero ad senatorũ familiã per/ tinet: senatoriarum psonaru3 appellatione & uxores cõtineri decretum est: adoptiuos aũt filios & si anteq̃ patres in senatum essent ducti: se se in adoptione de/ dissent senatores esse placuit. si quis autem ex Patri/ tiorũ ordine plebeio homini se in adoptione dedide rit: patricium tamen manere cautum est/quam lege3 ea tempestate nullam fuisse arbitror cu3. P. Clodius uir patritius/quo tempore tribunitia potestate fun/ geretur: qua in aduersum Ciceronem factione utere tur plebeio homini se adoptandum prebuit. Cõtra senatorum filiæ nisi quæ senatoriis hominibus nu/ ptui traditæ essent. clarissimarum fœminarũ nomine non continerentur: senatoris uero filium a patre emã cipatum: & si filii nomen iure ciuili amittit: senatoriã tamen retinere dignitatem creditur. Posthumi aute3 quãuis post patris mortem nascuntur: senatorii ta/ men homines appellabant: cũ uero qui postq̃ pater senatu motus est: cõcipitur & nascitur non eẽ senato ris filiũ pculus & Pegasus opinabant: siqs uero añ conceptus fuerit: q̃ eius pr̃ senatu moueret: nõ noce bat filio casus pr̃is quominus senatoris filius cẽseret sed si pr̃ anteq̃ conciperet filium senatoriã dignitate3 amiserit: ac deinde decesserit: filii aũt in aui potestate senatori reciderent. & si non quasi senatore patre nati uideantur Senatorii tamen esse censebatur: mulieres

autem Senatoribus primo deinde inferioris sortis hominibus matrimonio collocatæ clarissimarum ordinis non sunt/Itaq; impetrare plereq; a principibus solent:ut nuptæ iterum inferioribus uiris in senatoria nihilominus maneant dignitate ut dicitur diuū Augustum Iuliæ Meniæ consobrinæ suæ īdulsisse. Senatores uero senatorio ordine amotos q̄uis capite non minuantur/& ciuitatem retineāt. Iudicare tñ ac testimoniū dicere prohibet lex iulia repetundarum.

De tribunis celerum equitum.

t Ribunos celerum equitum primus Romulus creasse fertur:cum tres equitū centurias quarꝫ opera in omni Reip. discrimie uteretᷣ ascripsit eas centurias Ramnensium/Tatiensium/lucerum appellauit Ramniam a Romulo/Tatiensium a Tacio:lucerum uero denominatio:ut Liuio placet incerta est/quos aūt tertios his præfecit uiros/quos ex tribus elegit tribubus tribunos nominauit/fuisse autem numero trecentos ait equites:eo quod singulis curiis/quæ triginta erant/decē asciuerit. Qui uero celeriter acurrere eos uolunt:si quando Resp.illoruꝫ opera indiget/& appellari Celeres uoluit. Sunt etiaꝫ qui a Celere quodam qui primus iis ordinibꝰ a Romulo præfectus fuerit.Remi interfectore hoc nomē inditum esse opinentur:ut Ouidius in libro fastorū significare intelligitur.

¶De Quæstoribus.

